



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

8 De pacti retrouendendi natura & vi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

SUMMARI.

- 1 Ex pacto additionis in diem, vel legis commissoria dominium transferri abique nota traditione.
- 2 Pactum retrovendendi, etiam si fiat verbis directis non inducit translationem domini abique nota traditione.
- 3 Intellectus huius cum venderet ff. de pigno. actio.
- 4 Pactum de retrovendendo, cum aliquo licitum sit, contractus tamen nullus non redditur.
- 5 Quid de pacto retrovendendi dationi insolutum adiecit, vel emptio inuorum redituum.
- 6 Late discutitur interpretatio textus in leg. Regia. titul. 2. lib. 8. ordinati.
- 7 Annuus reditus an emi possint in lege, ut infra certum tempus licet in, non sit licitum? & quid in annuorum redituum emptio?
- 8 Pactum, quod venditori non liceat ante certum tempus rem redimere, an sit licitum? & quid in annuorum redituum emptio?

**Q**uoniam hac etate in his constituendis annuis reditibus retrovendendi pacto sapissime apponitur, oportune tractabitur, quia vim hęc pacto in contractibus habeat, quo ad translationem domini, & an ex pacto de retrovendendo præsumatur contractus usurarius? Nam hęc clausula retrovendendi solet ita varie concipi, & scribi, ut non leuis sit dubitatio, an transeat dominium rei venditę in primum venditorem statim, quod conditio vel tempus secunde venditionis euenierit, absque alia traditione. Quia ratione aliquę conclusiones explicabo, quo hęc controversia facilius dissolui possit.

**P**rima conclusio: Ex pacto additionis in diem vel legis commissoria transferri dominium abique nota traditione, & ideo competit reuendicatio. Subiciam ad facilitatem intellectum vtriusque pactionis exempla. Est etenim pactum legis commissoria: cum ego Titio rem vendo centum aureis, & eam trado ea lege & conditione, ut si intra mensem pretium non soluerit, res sit inempta: Pactum autem additionis in diem concipitur ita hunc modum: vendi rem Titio ita quidem, ut si intra mensem alius meliorem conditione attulerit, aut pretium addiderit, res sit inempta, adueniente siquidem conditione transit dominium abique traditione in priorem venditorem, qui legem contractui dixerit. text. optimus in l. si quis hac. ff. de rei vindic. ubi in principio traditur exemplum additionis in diem & de pacto legis commissoria: text. in l. vltim. ff. de lege comm. l. commissoria. in vlti. vendicare. C. de pactis inter empt. & vendit. gloss. communiter recepta in l. traditionib. C. de pact. Bald. Sal. & alij in l. ab emptione. ff. ead. Bart. & Paul. in l. item ff. de aqua pluuię arcent. idem Bart. in l. 3. §. Marcellus ff. de in diem adiectio. text. ad idem in l. si hominem ff. de iur. iur. & in l. si duob. ff. de diuers. & temp. præsci. tradit. Decii. in cons. 187. num. 4.

Ex quibus apparet hanc opinionem communem esse. Quæ plane procedit non tantum in pacto concpto verbis legis commissoria specialibus & expressis: sed & in eo, quod æquipollentibus verbis additum fuerit. Non enim verba, quę a iuriconsultis legi commissoria adscribuntur, de forma sunt, sed sufficiens æquipollentia, ut sunt omnia, quę important contractus resolutionem ipso iure, & directo, qualia sunt hęc: habeatur contractus pro infecto, & illa verba quę executionem facti significant, & præmittunt resolutionem ipso facto. text. & ibi Bald. in l. vi. §. 1. ff. de rescind. vendit. sicuti constat, ubi actum fuerit, quod in defectum solutionis possit venditor sine iudicio ministerio rem ipsam adsumere, possidere & frui propria autoritate. quod in specie adnotauit Carol. Molin. in consuet. Parisi. tit. 1. §. 23. nu. 11. cuius sententia iudicio supremorum iudicum confirmata fuit, quemadmodum ipse Carol. testatur in Alexander. consil. 10. libro 1.

Hęc vero conclusio, iure, & frequenti omnium consensu admittitur, ubi pacto ista apponitur contractus venditionis statim, & ut aiunt, incontinenti. Nam si ex intervallo adscripta, additavę fuerit: utcumque fiat, etiam verbis directis & propriis legis commissoria, vel additionis in diem concepta sit, non transferretur dominium in venditorem primum absque traditione. gl. celebris in d. l. ab emptione, in verb. cogaris. quam inibi Dd. sequuntur Bal. Saly. & Dec. in d. l. traditionibus. Paul. Cast. in l. 1. ff. de donat. Alexand. & Arct. in l. qui absenti. §. 1. col. 2. ff. de acquir. poss. Idem Alexand. in l. 1. col. 3. ff. solut. matr. Idem Alexand. consil. 10. numer. 7. lib. 1. & alij plures, quorum meminit Andr. Tiraq. libro 2. de retrall. §. 1. gloss. 7. numer. 4. & 5.

Nec enim ex his pactis legis commissoria, vel additionis in diem ipso iure resoluitur venditio: cum he pactiones ex intervallo in conventionem deducuntur. Quamobrem

quam earum. Nam eo casu hypothecaria actio competit in solidum pro re possessa per vnum ex hæredibus, nec fit divisio quo ad hoc, sicut fieret quo ad actionem personale, quod optime explicat Soc. in cons. 75. col. pen. lib. 1. Quamobrem quibusdam visum est, pluribus possidentibus res hypothecæ titulo obligatas, qui non sunt debitoris hæredes, non posse creditorem hypothecaria agere aduersus quemlibet eorum in solidum, sed oportere pro rata, ut aiunt, & parte possessa eos in iudicium vocare, quorum opinio profecto maximam æquitatem habet. Sed nihilominus prior sententia verior est, & omnino comprobatur autoritate Iurisc. consulti in d. l. leg. Moschis. Quia dictio, Omnis, singularis numeri cuiuslibet in solidum actum tribuit, glossa, Bart. & alij in d. l. Moschis. Bart. Imola & Doctor. in l. hoc articulo. ff. de hered. institut. Sic & Speculator, titulo de obligat. & solut. §. 1. num. 46. versicul. item debitor meo. eandem opinionem elegit, quam ipse opinor Magis Communem esse. Sed quia hypotheca quæ deducitur ex constitutione annui reditus super aliquo fundo, aliqua ex parte differt ab ordinarijs hypothecis, & præterea quodammodo similis est contractui quo iuxta formam iuris Pontificii census constituebatur, & modo constituitur ad imitationem fundi vectigalis, existimo quod constituto annuo reditu decę aureorū super tribus fundis, ac constituto in vim & virtutem constitutionis annui reditus non sit in solidum sed pro parte cuiuslibet, fundo iuxta eius qualitatem & quantitatem competenti, intelligenda: vnde si hæc tria prædia ad tres eorum singulares possessores deuenierint, quilibet pro æqua, & iuxta parte annui reditus cogendus erit eū solvere, & agnitionem ac recognitionem facere, non equidē in solidum: secundum Guidon. Papæ quæst. 432. Chassanæ. in d. l. §. 2. nu. 35. Rupellanus in lib. 1. Forens. Institut. cap. 10. ex text. singulari in cap. constitutus, de relig. dom. vbi Pan. nu. 8. Ancha. nu. 13. huic sententię plurimum suffragantur. Et ideo ad quæstionem propositam respondendum esse censeo ratione, & iure constitutionis annui reditus, non posse nec ad recognitionem reditus: nec ad ipsius solutionem per creditorem cogi, nec in iudicium vocari tertium possessorem: nisi pro rata, & pro ea parte, quæ distributione facta pertinere potest ad rem per eum possessam, non autem in solidum: quod præter autoritatem Guidonis, Chassanæ, & Rupellani ea ratione comprobatur: quia hęc hypotheca deducta à constitutione reditus irregularis est. Et licet regularis esset propter æquitatem, quam modo ad intellectum d. l. Moschis. innuauimus, isthęc opinio admittenda erit. non inficior opinionem istam dubiam esse: atque ideo in praxi apud Hispanos rarissime receptam fuisse. imo scio contrarium definitum iudicum sententia esse frequentissime. Nam & decisio e. constitutus. obtinet in censu & pensione constitutis super pluribus ecclesijs. quo casu materia subiecta exigit ex mente contrahentium, quod quilibet ecclesia pro parte onus illud ferriat. deinde illud habet locum in proprio censu, cuius vetera iura meminere. Sed tamen etiam in hoc redimibili, fortassis casus contingens, eiusque circumstantiæ iudices persuadebunt, ut opinionem Guidonis sequantur.

Quod si ad solutionem reditus agatur hypotheca ordinaria, quę solet apponi in genere erga alia bona constitutis reditum præter illa, super quibus speciatim fuerit constitutus, tunc locus erit actioni in solidum aduersus quemlibet tertium, alicuius rei possessorem, iuxta Bart. opinionem in d. l. Moschis. imo & si ex pluribus constitutis reditum hæredibus, vnus rem aliquã ex his super quib. reditus fuit constitutus, possideat pro rata tantū non in solidū conueniendus is erit ad recognitionem, & solutionem annui reditus. cū non agatur eo casu hypothecaria actione simpliciter, sed ratione constitutionis, & assignationis annui reditus super eadem re: quę facta videtur pro rata, & distributiue: licet in hac specie aduersus constitutis hæredes contrariū censeat iure verius esse Rupellanus in d. c. 10. per l. 1. C. si vnus ex plurib. cred. vel deb. hered. quæ quidem obtinet, ubi ordinaria hypothecaria agit: at nos hic tractamus de quadam hypotheca, quæ non omnino similis est cæteris, sicuti superius adnotatum est.

CAPVT VIII.

Pacti, quod de retrovendendo vulgo dicitur, propria vis, & natura expenditur.

oportet semper advertere, & hac in re perpendere, an hac pacta in ipso contractu statim scripta, & conuenta fuerint, an ex intervallo in pactonem adducta.

Secundo, eadem conclusio plane vera esse censetur, quod pactio legis commissoria, vel additionis in diem concipitur verbis directis: si vero verbis obliquis concepta fuerit, constat, non transferri dominium absque noua traditione, scilicet eandem glo. in signem. in l. 1. ff. de donat. & inibi Bart. & Paul. Castr. idem Paul. l. 1. col. 2. C. de pact. inter. emp. & vend. Alex. in l. 1. in primum. §. praterea. ff. de acquir. possess. col. vlt. l. 1. in l. ab emptione. in l. 1. §. 8. Rube. consil. 58. num. 2. Curt. sen. consil. 12. Alex. in d. consil. 10. col. 3. Bald. Salic. & Paul. in d. l. ab emptione. quorum opinio communis est, sicuti fatetur Andr. Tiraquell. in d. gloss. 7. num. 17. & eam probat text. in l. 3. C. de pact. inter. emp. & vend. Quia ea lege, inquit Imperator Alexand. pradium vendidit, ut nisi pretium reliquum intra certum tempus restitutum esset, rei vendicationem non habet, sed actionem ex vendito. Haec tenet Imperator. Ex quo apparet, verbum, reuertetur, esse obliquum, quemadmodum & verba haec, redeat, pertineat, atque his similia. Nec hanc communem sententiam in pacto legis commissoriae verbis obliquis concepto, negare possumus propter auctoritatem text. in d. l. 3. at in pacto additionis in diem, etiam si verbis obliquis conceptum fuerit, eadem sententia periclitatur auctoritate Iuriconsulti in d. l. si quis hac ff. de rei vendic. cuius verba subiciam ad aperiorem huius rei probationem. Si quis hac lege, inquit Vipianus, emerit, ut si alius meliorem conditionem attulerit, recedat ab emptione: post allatam conditionem iam non potest in rem actione uti. Sed & sicuti in die additio fit fundus, antequam additio facta sit, uti in rem actione potest, postea non poterit. Hac Iuriconsultus, qui expressim mentionem facit pactonis additionis in diem, & verbis obliquis conceptae: dum scriptum est, recedatur ab emptione: & tamen asseuerat post allatam conditionem meliorem, dominium ipso iure ab emptore in venditorem transferri. Et idem in 2. parte responsi traditur, nec est vlla differentia inter primam & secundam partem: nisi quod in prima, nulla dies adiecta fuit pacto, at in secunda dies certa pacto fuit scripta. Quod si dixeris Bartolū sequutus in priori responsi parte, ea verba, postea non poterit, esse referenda ad emptorem, qui rei vendicatione vult agere contra venditorem, aut habentem causam ab eo: quia tunc est emptor habere rei vendicationem, repellitur tamen, & excluditur exceptione pacti, hac profecto interpretatio maximam habet diuinationem, & verbaque Iuriconsulti satis singularia plurimum restringit: siquidem cum ea generalia sint, actioneque in rem emptori minime competere, indefinite significant, Bartol. ea interpretatur ita dure, vt parum significasse Iuriconsultum censet, deinde si Bartol. interpretationem admittamus saltem profecto videbitur, quod Accursius ibidem censuit, scribens, in eadem Iuriconsulti responsione probari, speciale esse ex pacto legis commissoriae, & additionis in diem, dominium transferri absque traditione in venditorem: quod post Accursium satis receptum est. Accursius autem hanc specialem assercionem tradit in eiusdem text. specie, scilicet vbi concepta fuit pactio verbis obliquis: ergo saltem ex hoc apparebit auctoritas glo. aduersus communem sententiam. Praterca in 2. parte text. sunt eadem verba, actionem in rem denegantia, quae in prima: & tamen cohaerent in ea parte emptori aduersus omnes actionem in rem reparatam esse, igitur Bart. expositio non admodum est Iuriconsulto conueniens: etiam si dixeris, in secunda parte verbis directis concepta fuisse pactonem: cum hoc ex eo responso minime deducatur, nec constet, magis conceptum fuisse pactum verbis directis, quam obliquis: imo generalis est Vipiani responsio. Quamobrem ego censeo, satis dubiam fore opinionem communem in pacto additionis in diem: nisi quis probare velit, verbū hoc, recedatur ab emptione, esse directum, quod Bart. negat in d. l. si quis hac, & Salyc. in l. traditionibus, atque ibidem Claudius col. 2. de pact. Nec oberit text. in d. l. 3. C. de pact. inter. emp. & vend. quia tractat de pactio legis commissoriae: quae et in contractu venditionis permilla sit, non est admodum iusta: cum apponatur in pœnam non soluti intra certum diem pretij. Et ideo mirum non est, si ex eo pacto verbis obliquis concepto, dominium absque noua traditione in venditorem minime transferatur.

Secunda conclusio: Pactum de retrovendendo, etiam si

verbis directis fiat, non inducit translationem dominij absque traditione. Vnde fit: vt etiam dictum fuerit, quod oblato pretio emptori a venditore res sit inempta, nihilominus oportet traditionem accedere solutione pretij. Nam & cũ speciale sit in pacto legis commissoriae, & adiectionis in diem quod non requiratur traditio: inde deducitur, in pacto retrovendendi non idem esse; imo traditionem exigi ad translationem dominij: sicuti tenuerunt Bar. in l. 1. num. 10. ff. de donat. Bart. & Salic. in l. si pradium. C. de adl. actio. Aret. in l. qui absentis. §. 1. ff. de acquir. posses. l. 1. in l. ab emptione. col. 3. ff. de pact. Curt. consil. 116. col. vlt. lib. 1. Carolus Riuinus consil. 32. n. 15. & 26. lib. 1. & consil. sequenti. Curt. senior d. consil. 12. Angel. in l. si quis hac lege. in principio ff. de rei vendic. Amol. in cap. illo vos. num. 16. de pignorb. quorum opinionem sequitur asseuerans eam communem esse Alex. in consil. 10. lib. 1. num. 5. hanc etiam sequuntur Castellanus Corta in dictione, pactum, & alii per eum relati. quibus suffragatur text. in d. l. si pradium. & C. de adl. actio. ratio ite satis vrgens colligitur ex l. 2. C. de pact. inter. emp. & vend. qua probatur, venditori ex pacto de retrovendendo actionem personalem competere: quamobrem manifestum est, non transire dominium in venditorem: quia nemo actione personali agit ad rem propriam consequendam, nisi conditione futuri. l. vlt. in fin. ff. usufruct. quemadmodum caute. & in §. si itaque. Institut. de actio. quoniam & hanc opinionem, quā diximus communem esse, tenet Paul. Castr. consil. 36. quamquam longa. lib. 2. idem in l. si a te. C. de pact. inter. emp. & vend. Nam quod pactum de retrovendendo vel is obliquis appositum, non habeat hunc effectum, quod transferatur dominium in venditorem absque traditione, procul dubio ab omnibus frequentissimo omnium consensu receptum est, secundum Cuman. in l. 1. ff. de donat. & ita à plerisque probatum est, quos nominatim citat Andr. Tiraquell. in d. lib. de retract. §. 1. gloss. 7. num. 12. quo in loco diligenter hanc questionem tractat. Ego sane fateor, frequentiori Doctorum sententia probatum esse, non transferri dominium in venditorem ex pacto de retrovendendo verbis obliquis concepto: eamque opinionem admitti à Paulo Castrensi. in d. l. si a te. & ab omnibus his, quos in hac secunda conclusione citauimus. quod si pactum reuenditionis verbis directis fiat, & conceptum fuerit: Bart. in d. l. 1. n. 10. & fidem auctores, quorum modo meminimus paucis exceptis, itidem asseuerant, non transferri in venditorem ipso iure dominium sed necessariam esse traditionem. eamque opinionem arbitrator communem, aut saltem magis receptam esse. Nam Alex. & alij, qui Bartol. opinionem communem esse censent, expressim & hanc communem fore fatentur. Nec tamen ea probatur in d. l. 2. C. de pact. inter. emp. & vend. cum inibi tantum agatur de pacto retrovendendi, iuxta communem formulam, quae obliqua est, concepto, non autem de formula legis commissoriae, vel additionis in diem: & sic de verbis directis, quod Accursius ibidem sensit, qua ratione aptior est huic Docto. sententiae text. in d. l. si pradium. qui fortissimam exhibet huic opinioni probationem. Verum & in hac specie, quod pactum de retrovendendo verbis directis appositum, inducat ipso iure dominij translationem absque traditione, iure probare nituntur, & constanter adferunt Paul. in d. l. si a te. Cumanus in d. l. 1. ff. de donat. Curtius senior in additione ad eius consil. 12. in fin. Paulus Castrensis in l. qui absentis. §. 1. ff. de acquir. posses. & ibi Alexand. num. 7. idem in l. si ita quis. §. ea lege. num. 5. ff. de verborum obligat. Cynus in l. 1. questio. 1. C. de rebus alienis non alienand. Baldus in l. ea lege. num. 7. C. de condit. ob. cas. & ibi Salycet. in secund. & vltim. opposit. Rubeus consil. 146. col. 3. Decius consil. 187. num. 4. Carolus Molin. in consuetud. Parisiens. §. 23. num. 11. Nicolaus Boer. decis. 182. num. 19. Iason. consil. 211. l. 2. num. 2. idem consil. 128. lib. 4. nu. 4. vbi hanc opinionem asserit communem esse. idem fatetur Tiraquell. in d. gloss. 7. num. 15. eam sequutus quibus ad stipulatur text. in l. in l. voluntate. §. vlt. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solu. cui non potest congrue responderi. Et ideo haec opinio iure veriori mihi videtur, non obstante leg. si pradium. quia ibi actio rehibitoria datur emptori, resoluta emptione ad hoc, vt venditor cogatur rem accipere, & pretium solutum reddere ipsi emptori. Nec adeo recepta est contraria sententia: quod omnino teneamus eam communem esse fateri: siquidem plures posteriorem hanc opinionem in specie asseuerant, & sentiunt Iacobus & Albericus in d. l. traditionibus. in fin. C. de pa. & plerique alij, si eorum rectum sensum consideremus. Constat enim, resoluta venditione, ipso iure dominium, quod in emptorem translatum fuerat, in venditorem iterum transmitti absque traditione.

quia per hanc resolutionem, quae ipso iure fit, omnia in primum statum redire, auctore Iurifconsulto in d. l. voluntate. §. vlt.

Ceterum utriusque sit, etiam si sequamur priorem & Bar. opinionem, illud omittendum non est, eam sententiam obtinere, quoad dominium directum, & directam in rem actionem: siquidem utile dominium, & vtilis in rem actio abique traditione competit venditori ex pacto reuentionis etiam iuxta communem formulam oblique conceptam. text. lingul in l. si cum venderet. ff. de pignorat. actio. quo in loco Paulus de Castro hoc adnotauit. idem ex ea decisione colligit, & probant Anan. in cap. conquestus. de vsur. colum. 3. Masuerus in praxi. tit. de retract. n. 4. Socin. consil. 80. lib. 3. colum. 1. Burgenlis in cap. ad nostram. de empt. & vendit. num. 60. Decius consil. 614. num. 4. Anton. Ruben. consil. 58. colum. 2. Tiraquell. d. gloss. 7. nu. 7. Rogerius à Mota in l. traditionibus. C. de pact. num. 54. dicens, hanc opinionem Pauli Castrensis magis communem esse, quam testatur in Parisiensi pretorio seruatum, & receptam fuisse Chassan. consil. 33. col. 3. & item in Ducatu Sabaudia, Hieronymus Cagnolus in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. num. 84. eaque apud Pictones consuetudine admittitur, quam Tiraquell. refert. d. lib. 2. §. 3. eandem opinionem sequitur Angel. Aret. in §. item si. num. 22. Institut. de exceptio. non obstat textus in d. l. 2. quo probatur, actionem personalem dari venditori: quia non inconuenit, actionem personalem simul, & vtilem in rem alicui ob eandem causam competere, sicut expressim probatur in d. l. si cum venderet. vbi datur actio in rem simul cum actione in factum. Verum Alexand. in d. consil. 10. lib. 1. Cur. sen. d. consil. 12. in d. l. ab emptione. num. 8. Hieronymus Cagnolus in d. l. 2. num. 82. & Aymon consil. 12. num. 7. ab hac Pauli Castrensis sententia recesserunt, existimantes, etiam vtile dominium minime transferri, nec transmitti in venditorem ex pacto ista reuentionis, nec ei vtilem actionem in rem competere, conanturque respondere auctoritati Iurifconsulti in d. l. si cum venderet. dicentes, inibi ideo competere actionem in rem debitori: quia creditor non transfuit in emptorem dominium per venditionem pignoris, sed tantum ius ipsum pignoris. quod & Cuman. fatetur in l. 1. ff. de donat. probatque Regia l. 48. tit. 13. part. 5. quae quidem responsio minime satisfacta: cum in eadem specie, cuius meminit Iurifconsultus, dominium translatum fuerit in emptorem, ex eo quod distractio pignoris facta fuerit per creditorem, consentiente debitori, qui dum hunc consensum exhibuit, ius redimendi rem, & reuentionem sibi excepisse videtur: cum ratam habeat venditionem à creditore hoc ius in vtilitatem emptoris excipiente factam. At si dixeris, apud Iurifconsultum non consistere, nec de consensu, nec de ratihabitione debitoris: fatebor equidem, id expressim inibi non significari: sed tamen colligi tacite, aut saltem dicendum erit, venditionem factam fuisse à creditore lege, & iure permittentibus, & ideo translatum esse dominium in emptorem: quod omnino probatur in d. l. voluntate. §. vlt. quamobrem mihi plurimum placet Pauli Castrensis sententia.

Hinc apparet, quid dicendum sit in ea questione, qua quaeritur, utrum venditor ratione pacti de reuentione possit oblato & consignato pretio rem consequi à tertio possessore, qui haeres emptoris non sit? Nam qui Paulum Castrensem in d. l. si cum venderet. sequuntur, necessario concedunt, posse venditorum, posse venditorum à quocunque possessore, etiam si is haeres emptoris non sit, rem petere vtili rei vendicatione: quibusque verbis concepta fuerit actio: atque ita praeter alios Carol. Molin. in Alexand. consil. 10. scribit, quoad equitate fieri, vt venditor habeat aduersus quemcunque possessorem actionem in factum in rem scriptam. Nec tamen me later, Alexandrum Imolensem, & eos, qui eidem subseripsere palam contrariam probare negantes, actionem venditori ex eo pacto competere aduersus tertium possessorem, sed tantum personalem contra emptorem, & eius heredem. quod idem Paul. Cast. sibi parum constans fatetur in d. consil. 306. lib. 2. ad fin. & sensu in d. l. si à re. C. de pact. inter empt. & vend. atque idem scio posse in acerrima disputatione responderi ad Iurifconsulti responsum, in d. l. si cum venderet. Et nihilominus opinor Pauli de Castro sententiam in praxi recipiendam fore. cui adde Guid. Pap. consil. 49.

Sed et si resellenda foret opinio Pauli, tunc in ea questione: quae modo tractamus, inquirendum erit, an verum sit, quod de pacto reuentionis Paul. idem & alij opinantur, cum id fuerit verbis directis conceptum: quam qui censent ex eo, dominium transmitti in venditorem abique traditione

statim oblato, & consignato pretio: facile, imo omnino concedunt, actionem in rem posse aduersum quemcunque possessorem in iudicium deduci. Qui vero contraria veriore esse censerunt, negantur plane, actionem aliquam venditori contra tertium possessorem, qui haeres emptoris non sit, competere. His sane explicitis constat, pactioem reuentionis retrouentionis inter empt. & vendit. vbi Angel. & Paul. Castrensis. Regia. 42. part. 5. sed & iure Pontificio: sicut ab speciali argumentatione deducitur à text. in cap. ad nostram. de empt. vbi Anchar. Abb. & Imol. idem Anchar. consil. 30. Et item in anime iudicio de 14. que. 3. Et probatur L. em. cap. 25. Cuncta regia, inquit, dominus, possessionis vestrae sub redemptionis conditione venditur, quod late tradit Andr. Tiraquell. in lib. 2. de retract. in vtilitatem: aut pactioem reuentionis tractat & idem Corat. quae fuerit ratio, vt à Romano Pontifice in d. cap. ad nostram. ob pactioem istam contractus venditionis iudicetur praesumptione quadam vsurarius: quidam etenim censent, hanc praesumptionem non ex sola pactioem reuentionis agitur, sed ex tribus simul in venditionis contractu contingentibus, pactioem scilicet ista, modico pretio, & ipsius emptoris consuetudine exercendi artem vsurariam, Nam haec tria necessario adiungi oportere, vt contractus praesumptionis vsurarius existant Cyn. & Salic. in l. ab emptione. C. plurimul. quod agitur. Card. in. in elem. 1. §. vlt. quae. 18. de vsur. Quam opinionem sequuntur assecurantes, ea esse communem Alex. consil. 109. col. vlt. lib. 4. Cap. de simulat. contract. colum. 1. text. casus. Corat. consil. 4. lib. 1. Corat. lib. 3. Misell. cap. 9. Tiraquell. lib. 2. de retract. in praesumptione. num. 5. idem asserit Anton. Burgenlis in d. cap. ad nostram. de emptione. ea, vbi Anchar. & Cardin. eandem sententiam probant, quos & Dec. sequitur consil. 167. qui non audeat asserere, eam magis receptam esse: sed tamen id testatur pluribus citatis auctoribus Hieronymus Cagnolus in d. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. colum. 3. quibus ad stipulatur, quod pactum reuentionis licitum omnino censetur: venditioque minori pretio, & vtiliori fieri debet ad iustitiam commutationis, quam si libere absque redimendi pactioem fieret: sicut Paul. fatetur in d. cap. ad nostram. col. 2. & plures alij, quorum sententia rationibus & auctoritatibus probabimus hoc lib. cap. 10. quae minime conuenit, contractum venditionis cum redimendi pactioem illicitum iudicare ex pretij vtilitate, & ex modico pretio: cum id necessarium sit eidem contractui accedere, vt iusta existimetur venditio, quod est in hac disputatione omnino considerandum.

E contrario, quod sit satis ad praesumptionem vsure, venditionem factam esse cum pacto redimendi, vel reuentionis, & vtiliori pretio, probat text. iuxta quorundam interpretationem in d. cap. ad nostram. vbi Romanus Pontifex ex his duobus praesumit contractum esse vsurarium. idem ex eundem responsi auctoritate scribit gloss. in cap. conquestus. de vsur. quam sequuntur inibi Pan. & Anan. Anton. Abb. Barb. & Burgenlis, nu. 46. in d. cap. ad nostram. Alberic. in l. 3. C. plurimul. quod agitur. Alex. in addit. ad Bar. in l. 1. §. idem. C. si de ad empt. Matth. de Afflic. decis. Neapol. 332. Imol. in illo ver. n. 18. de pign. Alex. consil. 54. lib. 6. quam & communiori sententia probatam esse testatur Panorm. consil. 76. lib. 1. Ferrat. caut. 17. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. §. 1. num. 22. Thom. Grammat. decis. 46. numer. 29. Matth. de Afflic. in rub. de seude. dat. in vicem legis comm. ff. nu. 105. Paul. in r. l. consil. 55. num. 29. & consil. 54. num. 62. & alij plures per eum nominati citati, quorum item sententiam in pretorio Roman. seruatum sepe fuisse asserit eam secutus Chassan. decis. 1. de vsur. & in Neapolitano Senatu Matth. de Afflic. à Thom. Grammat. in praedictis decisionibus.

Sed si exactius pensitemus Romani Pontificis responsum in d. cap. ad nostram. plane constabit, hanc communem opinionem ea decisione minime probari. Nam praeter alia ibidem expressa que ad hanc rem induci possunt, apparet, emptorem mortuum à venditore pretij negasse, & ex causa coactum fuisse venditorem, urgente inopia: domosque & oliuas eidem vendidisse: apposta pactioem pacti reuentionis, & vtiliori pretio, quam ipse res iusta aestimatione valeret. Vnde mirum si ex his Romanus pontifex praesumpserit, cum contractum in fraudem prohibita vsurageum fuisse, Deinde aliud in ea pactioem deductum fuit, quod maximam suspicionem fraudis iure optimo exhibet: nempe definitio illa, re-

restricção temporis, quo res erat redimenda à creditore, aut iterum ab eo emenda. Conuentum etenim est; quod venditor ab emptore à septennio vsque ad nouennium possidet rem ipsam oblato, vel reddito pretio prioris venditionis, propriam rem titulo reuenditionis habere: si quidem hæc conuentio nimis est suspensa, quia emptor ipse certus est in quemcunque euentum se habiturum præcipuos septem annorum fructus: quos ultra sortem percipit, quibus profecto rationibus satis compertum est, in præmissa Decretali, contractum vsurarium censi, non ex his duabus conditionibus, quas ad hoc sufficere existimant gl. Abb. & sequaces: sed ex aliis coniecturis, quæ efficacem vsuræ præsumptionem inducunt, præsertim quod in eisdem Decretalis specie non ita simpliciter actum est pactum de retrouendendo: sed potius inter emptorem & venditorem conuentum est: quod si venditor pretium reddidisset, aut obtulisset, res vendita illi restitueretur, hoc autem pactum longe distat à pacto retrouendendi, atq; maiorē habet vsuræ suspicionem: cum potius nature pignoris conueniat: cuius ea est natura, vt sine noua conuentione, oblato pretio res pignorat debitori restituitur. *l. si rem. §. omnis ff. de pign. act.* Et ideo pactio ista, cuius Romanus Pontifex in *d. c. ad nostram.* mentionem fecit, maiorem simulationem arguit: sicut tradunt *Cor. in d. conf. 4. lib. 1. & Carol. Ruin. conf. 16. n. 11.* Imo eam pactio nem contractui venditionis adiectam, vsurarium esse, seculis aliis coniecturis, scribit Hieronymus Paulus in *Prænotanda & practica Cancellaria, fol. 24.* cui in hoc minime cōsentio propter autoritatem Cæsaris in *d. l. 2. C. de pact. inter emp. & vend.* & qui absque vlla labe & vitio, si fraus absit, pactum ad contractui venditionis accedere poterit. Sat igitur erit hæcenus insinuasse, non probari omnino in *d. c. ad nostram* duo tantum sufficere ad suspicionem & præsumptionem vsuræ: nempe pactum retrouendendi, & pretij modicitatē, quamuis id plerique ita viderent.

Cæterum ad sedandum hunc opinionum conflictum ipse opinor, hanc controuersiam & definitionem delegandā esse arbitrio boni viri, ac iudicis discreti, qui ex variis coniecturis arbitretur, contractum vel iniquū esse, vel iusta ratione tolerandum: quod & Corneo visum est in *d. conf. 4. lib. 1.* quandoque etenim ex pacto retrouendendi, & modico pretio alia absq; præsumptione iudex æstimabit contractū vsurarium illicitum esse, quandoque præter hæc duo & alia erunt exigenda ad vsuræ & fraudis suspicionem. Hoc vero iudicis arbitrium ex pluribus instrui poterit. Primum equidem, si cum pacto retrouendendi contingat, valde modicum pretium pro re ipsa dari, profecto maximum signum erit, eum contractum fraudis & vsuræ esse participem, absque eo, quod probetur fœnerandi consuetudo: sicut Carol. Molin. censet in *tract. de contract. q. 56. & in Alex. conf. 54. lib. 6.* Sic secundum eundem ab hoc contractu venditionis cum hæc retrouendendi pacto, etiam si venditio facta sit vili pretio, aberit vsuræ præsumptio, si emptor bona fide contraxerit, omnino ignarus huius grauissimæ læsionis, quæ ex modicitate pretij venditori fuerit illata: cum enim emptor putauerit iusto pretio emere, satis æquū est, eum censi fraudis, deceptionis, ac vsuræ in expertem.

Hic accedit, quod cōtractus hic, si à rustico aut muliere fiat non sic præsumendus erit vsurarius, ac si ab alio esset factus secundum Bal. in *leum allegas.* & ibi Fulg. *C. de vsur. l. si quis* & quod notat, *§. ff. de iurisd. om. iud. & in L. iuris ignor. col. 1. C. qui admittit* Tiraquell. post alios in *d. lib. 2. de retract. in prin. nu. 34.* qui in eadem præfatione posuit aliquot coniecturas, ex quibus in hac pacto poterit vel augeri, vel minui præsumptio vsuræ: ad eam aliam tradit *lib. 1. de retract. in præf. n. 37.*

Sed & an hæc vsuræ præsumptio, quæ oritur ex t̄ huiusmodi pacto, operetur in datione in solum, dubitari solet. Et placet quibusdam, non ita facile hanc suspicionē libelle huic dationi in solum, quæ fit ob causam necessariam, & in cuius actu non interuenit pecuniæ numeratio, quæ allicit & inecat homines, vt in simplici venditione, & ideo in datione in solum, non esse fraudem nec vsurā ex pacto retrouendendi, etiā modico cōstituto præsumendā esse, allerūt Fulg. *conf. 134. col. 2. Deci. conf. 18. vers. nec obest quod dicitur.* Cagnol. in *l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. col. 2. imitacione* quos Tiraquell. sequitur in *d. lib. 2. de retract. in præf. numer. 26.* contrarium tuerunt Angel. *conf. 263. ad fin. Imol. conf. 98. col. 2. & conf. 99. Barbat. conf. 51. lib. 1. Caffador. dec. 2. de vsur. Paul. conf. 43. num. 62. & 69.* quibus ego libenter accesserim,

modo bonus vir arbitrium ex coniecturis variis huic suspicioni accomodat, atque omnia exactissime perpendat, & cuncta rimetur ad eliciendam contractus simulationē.

Tandē ex prænotatis apparet, annuos reditus emi licite posse hac expressa pacto, vt venditori liceat eos redimere atque ita constat, horū reditū venditioni iuste accedere, posse pacto retrouendendi, etiā si reditus in pecunia constituantur: quemadmodū expressim statutū est in dictis Romanorū Pontificū constitutionibus, & probant late *Conrad. in tract. de contract. q. 83. & Io. Maior. in 4. sent. dist. 15. q. 43.* qui asseuerat, hanc opinionem ab omnibus receptam esse. Nec emptio horū redituum ex eo illicita censi debet, quod pacto istā redimendi habuerit, modo iusto pretio reditus constituantur, absitque omnis vsuræ præsumptio, quod ita plane admissum est fere in toto orbe Christiano, vt non liceat rem hanc in dubium reuocare.

Alfonsus vero vndecimus huius nominis Castellæ Rex apud Complutum anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo octauo legem edidit, quæ primo est in vulgaris regis adnotationibus, *tit. 2. lib. 8.* qua sancitum est, *Contractum venditionis t̄ ex eo vsurarium censi, quod fuerit appositum reuendendi pactum, aut rem venditam redimendi pretio intra certum tempus restituito: vel post certum diem & non prius restituendo: modo actum sit fructus rei venditæ interim, dum non redimitur, ad emptorē pertinere.* Hæcenus ipsa legis summa: ex qua ego iuxta sensum apertiorē deduco, alterum ex duobus cum clausula de percipiendis præcipuis ab emptore fructibus, efficere contractum venditionis vsurarium: nempe vel pactum redimendi, aut retrouendendi intra certum diem restituito pretio, vel ita conceptum, vt post certum tempus liceat venditori & non prius pretium reddere, remque ipsam habere. Et ideo videndum erit, an iure eadem Regia constitutio, quamlibet ex his pacto nibus satis idoneam esse censuerit, vt venditionis cōtractus vsurarius sit iudicandus? Nam pactum redimendi aut retrouendendi intra certum diem pretio reddito licitū esse plane constat, nec ea lex contractū iniquum facit, quod omnes fatentur, modo intum rei pretiū venditioni accesserit. Est etenim in mera facultate venditoris, quandoque voluerit intra tempus definitum, etiam in crastino die redimere. Et ideo ea pacto liquida videtur esse, quamuis Regia lex ea contractum venditionis vsurarium esse statuerit. Vnde oportet inuestigare rationem: quare constitutio prædicta ex hoc pacto velit contractum venditionis vsurarium esse. Et vere nihil aliud ad hanc rem aptius excogitari potest quam quod simul & cum hac pacto appositā fuerit clausula de percipiendis fructibus ab ipso emptore interim, dū res ipsa non redimitur. Hoc autem mirum fortasse videbitur, cum ea condicio propria sit pacti de retrouendendo: si quidem ante redemptionem emptor fructus omnino percipit sibi, nec eos tenetur in pretium imputare. text. & ibi *dd. in l. 2. C. de pact. inter emp. & vend.* nisi dixerimus, conditionem à iure contractū etiā absque expressione conuenientem, si tamē expressa & scripta fuerit, in contractibus, præsertim suspectis, inducere fraudis præsumptionem: iuxta Baldi sententiam in *l. 3. C. plus ualer. quod agitur. vers. quid in instrum. & Fel. in cap. si cautio. n. 70. de fide instrum. cum in solite cautiones & clausulæ simulationē & fraudē præseferant argumento gl. in *l. si quis sub conditione. ff. de condit. inst. vbi Bald. & Angel. idem Ang. in l. pen. C. de em. & Gerardus à Petra sancta in singul. 77.* Ex quo infero, in emptione annuorum t̄ redituum quæ proculdubio odiosa est, vt constat & fatentur, ac probant Tiraquell. *lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 6. numer. 16.* & Carol. Molin. *de contractibus. quest. 3. ad finem.* tenet Innocent. in *dict. cap. in ciuitate de vsuris.* & plerique alij, qui hunc contractum illicitum esse constanter asseuerarunt, non esse hanc pacto nem admittendam imo si fiat hæc emptio annui reditus, hæc appositā pacto, vt venditori liceat intra tempus certum redimere reditum constitutū, postea vero maneat is perpetuus, tunc hæc sublata pacto, etiam post tempus licita erit, & permissa redemptio, quod probatur in dictis constitutionibus Martini Quinti, & Calixti, quibus hic cōtractus permittitur, modo libera maneat venditori redimendi facultas: nec ea per actionem aliquam restringatur, & in specie ista adnotauit eleganter Carol. Molin. in *d. lib. de contractibus. q. 50. num. 352.* tametsi Conrad. *de contract. quest. 83. conclus. 8.* & Ioann. à Medina *de restitutione. cap. de censu redimibili.* velint, etiam hanc conditionem licite adscribi & adici*

& adici posse annui redditus pecuniarii emptioni: modo iustum pretii arbitrio boni viri constituatur. Qua in re oportet animadvertere, annuos redditus tanto maioris estimationis esse, quanto magis ipsa redimendi libertas restricta fuerit. quod cum manifeste rationis sit, probatione minime indiget. Et probatur, libertatem istam redimendi licite posse restringi, modo nulla addit in pretio fraus: nam si licet hunc redditum emere perpetuum absque ulla redimendi facultate: profecto iustus licet eum emere, data libertate venditori illum redimendi intra certum tempus; cum utilior sit hic contractus venditori, quam si redditus perpetuo alienatus fuerit. Nec oberunt Romanorum Pontificum constitutiones; quippe quae licet probauerint emptionem annui redditus cum libera redimendi facultate, non ex hoc reprobarunt eandem emptionem, cum ea facta fuerit apposta pacto redimendi redditum intra certum & definitum tempus. Verum ex eo quod emptio ista annui redditus odiosa & suspecta censetur, quemadmodum proxime dictum est, mihi potius placet hanc pactiorem ab ea reiiciendam fore: posseque venditorem redditum redimere, etiam finito tempore per conventionem restricto. Nec tamen censeo, ob eam pactiorem esse contractum istum usurarium, quia et si pactio illicita sit, eaque ex causa à contractu reiicienda: non ex hoc necessario colligitur, venditionem seu emptionem istam usurariam esse, penitusque usurarum obnoxiam, licet contrarium falso quidam opinentur; praesertim auctoritate Carol. qui in d. g. 50. asseruerat, hunc contractum usurarium esse, & omnino ac totum ipso iure vitari. idem notant Guid. Pap. quae 516. & in tract. de contrahibus illicitis. n. 26. Florent. in tract. de iur. cap. 2. §. 13. n. 25. esse autem illicitum, tenet Syluest. in verb. usuraria. in 2. 15. q. nisi dixeris, hos auctores intelligendos esse, quando libertas redimendi restringitur ab initio, ut est manifestum exemplum illud, de quo in versic. seq. atque ita Carol. ipse expressim seipsum explicat: sicuti nos tradidimus obiter lib. 1. huius operis. cap. 9. n. 9. idem ipse colligo ex Guidone, & aliis modo citatis.

Sic sane in hoc Granatensi Prætorio sepe pronuntiatum est pactiorem istam à contractu reiiciendam fore, liberamque venditori competere annui redditus redemptionem post tempus etiam à contrahentibus redemptioni praefinitum: imo vidi semel concordi iudicium sententia de eisdem fuisse, ea pactiorem sublata venditionem ipsam semoto vitio validam esse.

Supereft tamen altera legis Regiae pars, quae pactiorem aliam improbam usurariamque esse censet: nempe cum venditio rei fiat ea lege, vt post certum tempus non antea restituito pretio vendita res venditori reddatur, aut reuendatur, modo apposta clausula de fructibus interim ab emptore sibi percipiendis. Et profecto iure communi inspecto, quibusdam visum est, pactiorem istam contractui venditionis appositam: quod non liceat venditori rem venditam redimere, nisi post decem annos, absque alia suspitione, usurariam esse; quasi emptor certus omnino per eam constituatur de lucro ultra sortem, de fructibus scilicet eo tempore, quo redimi vendita res non potest, sibi percipiendis: ita quidem opinantur Henric. in cap. in ciuitate. ad fin. de iur. Bald. conf. 487. lib. 1. & conf. 114. lib. 3. Guid. Pap. in tract. de contrah. nu. 26. & in sing. 427. & in quae. 516. Imol. conf. 25. quibus obstat text. in d. cap. ad nostram. de empt. & vend. in d. l. Regia. vbi ad praesumendam usuram sola haec conditio non facit, contractum usurarium imo & alia requiruntur ad usuram praesumendam, quam obrem non ex eo solum contractus usurarius praesumitur, quod venditioni adiectum sit pactum, vt venditori liceat post decem annos, non prius, rem venditam oblato aut restituito pretio redimere. quod tenuerunt Ioann. Faber in l. vlt. C. de pactis pigno. Bald. in c. 1. de feud. dato in vicem legis commissoriae. C. epol. de simulat. contrah. tract. 1. praesumptio. 10. Iaf. conf. 153. l. b. 4. & Andreas, Tiraquel. lib. 2. de retract. §. 1. glof. 2. numer. 67. & 68. quo in loco ad hanc rem alios adducit, insinuans, hanc opinionem communem esse; ac tandem numer. 69. eleganter addit, pactum ita appositum, vt non liceat, nisi post aliquod tempus redimere, facilius praesumptione usurae inducere, quam si simpliciter fuisset appositum sine praesumptione temporis. Quia ratione, & praeterea quia valde odiosa est annuorum reddituum emptio: tunc etiam quod emptor certus omnino sit ab initio contractus de lucro ultra sortem percipiendis, opinor hanc pactiorem, quod annui redditus redimi non possunt intra certum tempus, adeo nulla esse, vt ex ea in hac annui redditus emptione apposta, to-

tus contractus vitium habeat, & nullus omnino sit censendus, sicuti eruditissime probat Carol. Molin. de contrah. p. 50. cui ad stipulatum Romanorum Pontificum de decilio in dictis statutis post venditionem venditori competere. Nec mihi placet ad hanc quaestionem allegari, quae sit ex Fabro. suspicor etenim, imo constanter opinor, eum auctorem corripitum esse Typographorum vitio, atque ita legendum: p. 50. dum tamē non excedat triginta annos, vt hic notatur. Sed quid si fuit iuramentum interpositum? dic, non valeret veruntamen obstat agenti exceptio, e. significanti de pigno. de ibi per Innocen. haec tenet Faber. qui de ea pactiione agit, quae conuenit est, quod intra certum tempus liceat redimere, non post. Et inquit, eam non valere, nisi vel expresse, vel tacite restringatur ius redimendi intra triginta annos. Et quamvis Conrad. quae. 83. conclus. 8. ac Ioan. Medina de reu. c. de censu redimibili. col. pen. probare fortissimis rationibus conuenit, posse annuos redditus pecunia soluendos constitutum cum eo pacto, vt post certum tempus, non prius, liceat eos redimere: modo arbitrio boni viri haec restrictio libertatis redimendi iusto pretio compensetur: mihi tamen magis placet, quod Carol. Molin. scripsit. At in venditionibus praedictorum, & aliarum rerum mobilium & immobilium, existimo pactum istud, quod non liceat intra certum tempus redimere re venditam, nisi alia addit coniectura, minime efficere contractum usurarium, quamuis ex eo facilis sit praesumptio usurae, atque ita Regia lex praeter hanc pactiorem ad inducendam usuram, & eius praesumptionem exigit, quod venditioni apposta sit conditio de percipiendis ab emptore fructibus rei venditae interim, dum ea redempta non fuerit, quam quidem conditionem suspectam esse, paulo ante probauimus, praesertim in his venditionibus, quae sunt cum pacto redimendi, vel retrovendendi, vt vulgariter dictione vtat.

## CAPVT IX.

## De pacto redimendi, cum emptor vendere voluerit, &amp; de iusto annui redditus pretio.

## SVMARIA.

- 1 Si venditio fiat cum pacto redimendi iuxta voluntatem emptoris, restituta venditione ex pacto, au fructus interim percepti sint emptoris, au venditoris.
- 2 Pactum de fructibus in sortem computandis an usurarium & ibi intellectus cap. illo vos de pignorib.
- 3 Pactum reuendendi ad voluntatem emptoris, non semper efficit contractum usurarium.
- 4 Annuus redditus non possunt licite constitui, cum pacto redimendi ad voluntatem primi emptoris.
- 5 Quod sit iustum pretium annui redditus perpetui.
- 6 Intellectus l. 3. §. item si Republica. ff. ad leg. Falci. & de iura centesima, tristente, & quadrante.
- 7 Iustum pretium annui redditus ad vitam constituit qualiter definitur.
- 8 De legati annui redditus perpetui, item alimentorum, vt iustitiam casibus relictis estimatione, & ibidem intellectus l. hereditatem. ff. ad leg. Falci.
- 9 De legato annuo ad vitam legatarij relicto, & intellectus l. cum sine fidei leg. l. alicui.
- 10 Legatum annuum ciuitatis, vel ecclesiae relicto, an finiatur centum annis, & quid de annuo legato priuati relicto.

Praeter ea, quae proximo capite explicuimus, erit itidem obseruandum, frequenter posse accidere, vt venditio fiat, apposto pacto redimendi iuxta voluntatem emptoris id est, cum primus emptor vendere voluerit. Et ob id oportune dubitatur, liceatne hanc conventionem omnino fieri. Nam Ioan. ab Imol. in c. illo vos. de pignorib. num. 18. & Alex. conf. 54. col. 1. l. b. 6. existimant, venditionis contractum non ex eo usurarium censeri, aut praesumi, quod eam lege habeat, vt cum emptor rem vendere voluerit, primus venditor ea reddito pretio emere teneatur, non alias. Quam obrem Imol. & Alex. praeter pactiorem istam alia duo requirunt ad praesumptionem usurae, quae in d. c. illo vos. referuntur: nempe, quod reuenditio fieri debeat maiori pretio, quam facta fuerit venditio: clausulam de computandis fructibus in ipsu pretio, sortemque praesumpti mutui. Haec etenim duo necessaria sunt, secundum eosdem, & magis omnium Dd. interpretationem, vt usurarius contractus praesumatur. Sed hinc sententiae obstat, quod vbi reuenditio in his contractibus con-